



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Aphorismi Confessoriorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Luxuria.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

\* *Angles l.c. pag. 336. Lopez p. 2. c. 23. vide Mol. d. 5. 15.*

Quidam ꝛ *Couar. l. c. num. 8.*

Negant ꝛ *Io. Med. de restit. q. 22.*

Quod ꝛ *Nav. c. 20. num. 17.*

10 Histriionum ludi non condemnandi, si modestè agant.

\* *Fum. vers. Histrio. nu. 1. Syl. vers. Ars nu. 6. ex D. Th. 2. 2. q. 169. art. 3. Io. Med. q. 21. de restit. ad 4. si vitetur iniuriæ Dei, & proximi Syl. l. c. Addit. ꝛ Possunt histriiones moderatum lucrū suæ artis quærere ad victum Io. Med. l. c.*

Histriiones non possunt promoueri, quia infames, *c. maritum 33. d. 4. q. 1. c. 1. neque eis datur Euch. dum perseverant in arte cum p. m. Vide c. pro dilectione de conf. d. 2.*

*Luxuria, vide Peccatum.*

1 **F**ornicatio ex genere suo est peccatum grauius furto: incestus autem grauius adulterio, etsi quidam id negant de incestu extra primum gradum.

2 Incestus dicitur cum cognatis, etiam spiritualibus, per Baptismum, aut Confirmationem, & affinibus. Cognatos verò intellige vsque ad quartum gradum, affines autem nisi sit affinitas ex copula non coniugali, quæ solum extenditur vsque ad secundum. Cum Religionem verò professis aut ordinatis in sacris, aut loco sacro, potius est sacrilegium, ctli

etsi quidam incestum putant: cum filia autē  
Confessionis, etsi est peccatum dignum de-  
positione, & carcere, non est tamen cum ea  
propriè cognatio spiritualis; dicitur verò in-  
cestus per quandam similitudinem. *Vide 30.*

*q. 1. Omnes, & c. Non debet.*

\* *Val. t. 3. d. 6. q. p. 3.*

3 Stuprum dicitur, si fœmina virgo sit, non  
si vir.

\* *Caiet. in 2. 2. q. 154. art. 6. Tol. l. 5. c. 11.*

4 Sacilegium non est, vbi non est propriè  
locus sacer etiam si ibi altare forte sit.

\* *Vide Azor. l. 9 c. 27. q. 5.*

5 Sodomia est, cum duo eiusdem sexus com-  
miscentur, etiam fœminæ, vel cum fœmina  
vir præposterè. Quidam verò putant variari  
speciem, si fiat cum cognato, aut affine, aut  
cum habente votum castitatis, aut cum con-  
iugata, aut cum virgine, aut viri cum fœmi-  
na, quæ duo postrema non facilè admiserim.

\* *Cum duo etiam fœminæ } D. Th. 2. 2. q.  
154. art. 11. in corp. Syl. Luxuria nu. 1. Val. l. c. col.  
1679. Fum. Sodomie.*

Vel cum fœmina } *Couar. in 4. q. p. 2. c. 7. §.  
5. num. 7.*

Dicit autem *Couar. l. c. ex Alcia.* si fœmina  
more viri fœminam subigat non punitur  
ordinaria Sodomitarum pœna. *Nau. l. 2. cons.  
1. de Iudicijs,* sodomiam viri cum vxore paulò  
minorè vocat, quã cum alia persona in foro  
exte-

exteriori. *Fum. verò l.c. cum scemina non esse sodomiticum crimen, ait, licet contra naturam.*

Quidamꝫ Concubitus contra naturã cum vxorata, virgine, moniali, rapta, consanguinea aggrauat, & variat speciem, *Caiet. 2. 2. q. 154. art. 12. ad primum.*

6 Ad bestialitatem reducitur etiam coitus cum dæmone. Sunt autem reliquæ bestialitates eiusdem speciei.

\* *Caiet. l.c. ar. r. 11. ad tertium.* In concubitu cum dæmone coniunctum est aliud scelus, societas nempe: si dæmon humanum semen acceptum alibi inferat in muliebri vas (ex quo semine potest gigni filius illius viri, cuius est illud semen) ratione concubitus erit bestialitas, ratione seminis fornicatio reductiuè. *Caiet. l.c.*

7 Ordo grauitatis peccatorum luxuriæ est is: Bestialitas, Sodomia, Pollutio voluntaria (quæ tria dicuntur contra naturam) Incestus, Adulterium, Stuprum, Simplex fornicatio.

\* *Vide D. Tho. & Caiet. 2. 2. q. 154. art. 1. & art. 12. in corp. & ad quartum. Tol. l. 5. c. 10. num. 4. Val. l.c. Fum. Luxuria nu. 4. Syl. nu. 1. vers. eo.*

8 Pollutio inuoluntaria non est peccatum, nec oportet relinquere opus honestum, vnde sequitur contra intentionem, nisi sit periculũ consentiendi.

9 Pollutio in semiexperrecto, non est mortalis,

ralis, quia non plenum seu integrum iudicium.

\* *Sot. 4. d. 12. q. 1. art. 7. col. 5. Tol. l. c. numer. 3. cap. 13.*

10 Coeptam in somno pollutionem non tenetur euigilans reprimere, sufficit enim non placere. \* *Collige ex Sot. l. c.*

11 Optare ut accidat in somnis pollutio, ad mitigationem libidinis, aut ob aliam honestam causam, mortale non est, modo non datur ei causa, nec ob eandem causam de praeterita gaudere: nec comedere illa unde creditur secutura, modo non intendatur.

\* *Fum. pollutio num. 4. Nau. l. c. D. Ant. 2. p. ii. 60. 5. Tol. l. 5. contra Sot. l. c. col. 6.*

Nec Syl. l. c. Nau. l. c. Tol. nu. 8. sed Val. l. c. col. pen. contra Nau. licere ait, ob sanitatem gaudere, non autem ob pollutionem.

Procurare pollutionem nunquam licet ob bonam valetudinem; licet haec ex illa optare, Tol. l. c. nu. 4. Nau. vers. sexta.

12 Delectatio de peccato carnali, quae dicitur morosa, mortale peccatum est, & eiusdem cum peccato operis speciei. Vide Thom. 1. 2. q. 74. art. 8. Syl. verb. delect. q. 1. Non licet autem delectari carnaliter cogitando de copula licita praeterita, vel futura, ita ut insurgat sensuualis concupiscentiae motus, & delectatio sit de motu praesenti occasionato ex cogitatione praeteriti, vel futuri. Syl. ib. q. 3.

\* Dele-

\* Delectatio; *D.Th. 1. 2. q. 74. art. 4. Nauar. c. 11. nu. 12. Syl. Caiet. vers. Delectatio, Fum. vers. Cogitatio. nu. 3. Lopez p. 1. c. 40. col. 3. ex communi, si quatuor concurrant. Vide Io. B. Cor. q. 50.*

13 Oscula & tactus libidinosi inter non coniugatos, nec sponfos, mortalia sunt peccata; non autem inter ~~non~~ coniugatos, si absit periculum pollutionis; nec inter sponfos amplexus, & oscula.

\* *Fum. Nau. l. c. Tol. l. c. 21. cap. 14. nu. 2.*

Non autem; *Nau. l. c. nu. 12. Tol. 7. c. 21. nu. 5.*  
14 Non tenetur quis vitare alterius osculum libidinosum, si non potest sine scandalo.

\* *Caiet. 2. 2. q. 154. art. 4. in fine.*

15 Quæ ab aliquo opprimitur, non tenetur ad sui defensionem illum lædere; an verò tenetur clamare, & resistere quantum possit sine periculo vitæ aut famæ non conuenit inter Doctores: ego ijs accedo, qui resistendum putant. Vide *Aug. 1. de Ciuit. c. 6.*

\* *Sor. l. 5. q. 1. art. 5. in fine,* dicit satis esse, si puella (quidquid sit de foro exteriori) non consentiat, & turpi facinori non se accomodat, neque mortiferè peccare si metu silentii quam sententiam limitat *Nauar. c. 16. num. 1.* At *Caiet. 2. 2. q. 154. art. 4. in fi. m. p.* putat clamore se non tueri, & non resistere. Vide *Nauar. l. c. num. 13.*

15 Potest & scœmina quæque, & mas pro turpi corporis vsu pretium accipere, & petere, &

re, &  
\*  
rest.  
tra  
105.  
6. Ba  
1. Cou  
q. 32.  
A  
mere  
nam  
post,  
ne. Ca  
Pe  
tem,  
So  
Addi  
incest  
cuius  
de Con  
q. 49.  
Ger  
nem  
Hi  
domi  
scœmi  
sterè;  
subigi

re, & qui promisit, tenetur soluere.

\* Negat *Nau. c. 17. numer. 38. Io. Med. q. 20. de rest. meretricem licitè pretium accipere contra Nau. Carbo. de rest. c. 48. concl. 6. Lopez p. 1. c. 105. toto ferè capite. Salò q. 62. art. 5. Val. t. 3. d. p. q. 6. Bam. q. 62. ar. 5. 2. 2. Mol. d. 94. Sot. l. 4. q. 7. art. 1. Couar. reg. peccatum p. 2. §. 2. nu. 4. D. Tho. 2. 2. q. 32. art. 7. Caiet. ibid.*

Aduerte tamen, ante crimen non posse meretricem pretium accipere sine scelere: nam illa acceptio in crimen dirigitur; neque post, si id fiat cum patrati sceleris approbatione. *Caiet. Mol. Couar. l. c. num. 1.*

Petere? sine consensu in turpem voluptatem, *Lopez Mol. l. c. contra Nau. num. 41. l. c.*

Soluere? *Sot. l. c. col. 8. vide Mol. l. c.*

Addit. } In confessione explicanda species incestus, affinitatis, vel consanguinitatis, & cuiusque gradus, *Val. l. c. d. 9. q. p. 3. col. 1673. vide Confessio nu. 20. alij negant. vide Io. B. Corra: q. 49.*

Genitalium, & feminis abusus generationem impediens vitium est contra naturam.

*Hieron. Ilamas p. 3. c. 8. §. 21. Instr. Confes.* Sodomiam vocat, cum vir cum viro, aut cum foemina concumbit impudicè in vase preposterè; non autem cum foemina foeminam subigit.